



18-221

A



.209.




~~16.a.7~~  
~~10.~~



... de su establecimiento  
del Rey en la fiera





ALEGACION  
 EN DERECHO  
 EN FAVOR DE DON  
 Pedro Ponce de Leon, sobre el ne-  
 gocio de Baylen.



*Por el Doctor Diego Menochio, Iurisconsul-  
 to Papiense, y Senador de Milan.*

Año. 1594.



i16240558

MEMORIAL  
EN LA VOZ DE DON  
EL DERECHO

Bogotá 1782. Imprenta de la Sociedad de Amigos del Pueblo.

Sociedad de Amigos del Pueblo.



Por el Dr. José Tomás Vives, Presidente de la Academia Nacional de Ciencias.

De la Real Academia de Ciencias de Madrid.

1782.

**Initium a Domino.**



VBITAT IO Est egregia, an  
Dr. don Petrus Ponce de Leon ad  
mitti debeat ad successionē Co-  
mitatus Bailen, qui & maioratus  
est, ob mortem Comitis don Ro-  
dericū eius patrū line filiis defun-  
ctū tamē ipse don Petrus natu-  
rit ex patre, qui capite damnatus  
fuit ob crimen hæresis? Et quidē  
respondendum videbatur, prædictum D. Petrum admitti  
minimē debere.

Primō, quia licet argumentari à crimen læsæ maiestati  
humanae, ad crimen læsæ maiestatis divinæ, capi. cum  
secundūm. de hæretic. in. 6. vbi DD. Atqui ob crimen læ-  
sæ maiestatis humanae filij committentiū hoc delictū,  
priuantur omni successione commode. I. quisquis. § filij.  
C. ad legem Iuliam maiest. c. si quis cum militibus. 6. q. 1.  
& cap. vergentis. de hæretic. in 6. & illis in locis scribunt  
omnes. Ergo & hæreticorum filij ab omni successione ex-  
clusi censentur.

Secundō vrgere videtur authoritas eorum, qui in spe-  
cie affirmarunt, filios hæreticorum priuari non solūm suc-  
cessionē paterna, sed etiā auita: imo & agnatorum cogna-  
torumque Ita san ē Cynus in dicta. I. quisquis. § filij. C. ad  
legem Iuliam maiestat. Ancharran. in cap. statutum. el. 2.  
numer. 2. de hæretic. in 6. & Zanchinus in tract. de hære-  
ticis: cap. 28. num. 2.

Tertio

Tertio suffragari magis videtur, quod hic maioratus annexam habet Comitatus dignitatem: imo maioratus ipse dicitur dignitas, ut scribunt post alios Didacus Couarruias in lib. 3. variar. resolut. cap. 5. num. 5. versic. sexto, & Didacus Burgens. in. 1. part. quæstionum civilium. quæstion. 3. num. 1. Atqui ad dignitatem non admittuntur hæreticorum filii, ob infamiam, quæ à dignitatibus excludit. c. infamibus. de reguli iurista in specie sensit Greg. Lop. in commentarijs ad leges partitarum Hispaniæ, par. 7. ita. 2. l. 1. in verb. mandat. & in hanc opinionem visus est inclinare Ludouic. Molin. in cap. 11. nu. 54. & hinc dicimus, filios hæreticorum excludi ab omnibus beneficijs ecclæsiasticis, & officijs. Ergo don Petrus admitti non debet ad successionem huius maioratus.

Quarto & ultimo conferre videtur, quod de regno ad maioratum licet argumentari, ut tradit Molin. in lib. 1. de Hispan. primog. c. 2. & 3. At qui regna, ob Regis hæresim, auferuntur etiam à descendantibus illius Regis, ut probat Ioan. Lupus de iure Nauarræ, par. 3. § 7. & ibi defendit sententiam ac declarationem illam Iuliij II. Pont. Maxi. qui ob schisma commissum à Ioanne Rege Nauarræ, eum omnesq; eius descendentes à successione Regni priuavit. Ergo idem videtur dicendum in casu nostro, quod don Petrus ob patris hæresim censeatur exclusus à successione huius maioratus. Hæc non mediocrem dubitationem aduersus D. don Petrum facere videntur.

Retamen ipsa longè melius, & diligentius perpensa, verius esse existimo vñā cum eruditissimo Regio Consiliario D. Brugnolio, qui hac de causa doctissime respondit, D. don Petrum admitti debere ad huius maioratus successionem.

Primo, quia successio Maioratus non prouenit iure  
hære-

hereditario, sed iure sanguinis, acq; ita maior natu succede-  
 re dicitur ex propria persona. vt scribit Lauden. inter  
 consilia Oldrad. in cons. 224. colu. 7. vers. 1. hoc autem ius.  
 Bald. in cons. 121. col. pen. vers. modo facio vnam. libr. 3.  
 Alex. in cons. 30. nu. 15. lib. 1. & alij quos recenset, & se-  
 quuntur Ludouic. Molina in lib. 1. de Hispan. primog. c. 8.  
 num. 2. & num. 9. versic. ex quibus. Atqui in his, quæ iure  
 sanguinis deferuntur, delictum patris, eis grauissimū, non  
 excludit filiū. Ergo D. don Petrus a successione huius ma-  
 ioratus non censemur exclusus. Illa minor propositio pro-  
 bat tex. l. iura libertorum. ff. de iur. patron. vbi filius dam-  
 nati pro crimine læsæ maiestatis, succedit in bonis liberti,  
 cum iure suo, ex propria sui persona succedat, & idem ha-  
 betur in l. eorum ff. ad. l. Iul. maiest. & ibidem Bartolus, &  
 idem in l. 3. numer. 2. ff. de interdictis & relegatis. Bald. &  
 Castrenf. int. 1. C. de bonis libertorum. ille nu. 2. iste, nu.  
 4. & Ludouicus Molina in lib. 4. de Hispanor. primogen.  
 capit. 11. num. 38. Ita etiam dicimus, quod licet filius ob-  
 patris heresim priuetur nobilitate habita à patre, non ta-  
 men amittit illam, quam sibi ipsi quæsivit, sicuti scribunt  
 Otalor. in tract. de nobilit. Hisp. in. 4. par. q. 5. & Simanc.  
 in commentarijs Catholicar. instit. cap. 29. num. 18. Con-  
 fert quod docuit Bart. in l. si constante. num. 69. ff. solut.  
 matr. cum dixit, delictum patris non nocere filijs, in his,  
 quæ per eos filijs non acquiruntur: & Bart. sequutus est in  
 terminis nostris, successonis scilicet, maioratus, Melchi.  
 Pelaez in tract. de maiorat. in. 2. par. q. 4. in secunda illat.  
 numer. 3. Huc etiam pertinet, quod dicimus, filium hereti-  
 ci succedere in bonis, quæ pater gravatus fuit restituere  
 posteris. Ita scribunt Philippus Probus in additionibus ad  
 Ioann. Monachum in cap. cum secundum. num. 3. versic.  
 pœnæ de heretic. in. 6. & Iacobus Simancas in cōmentar.

Catholic.

Catholicarum instit. c. 9. nū. 94. Ita quoquè dicimus, filiū  
hæretici non priuari emphyteusi antiqua concessa pro se  
filijs, & descendantibus, cūm ad eum pertinente dīparatur,  
non à patre, sed à maioribus iure sanguinis, sicuti docuit  
Henric. Boic. in cap. vergentis. col. 2. vers. in illis. verò. de  
hæretic. quem sequutus est Francis. Corbulus in tract. de  
iur. emphyt. in ut. de caus. privationi. ob mortem ciuilem  
num. 26. & idem est in criminis Iæsa maiestatis cōmissio à  
patre, vt filij non priuentur feudo ex pacto & prouidētia,  
quod iure sanguinis debetur ipsis filijs, sicuti scribit post  
alios Curti. lun. in tract. feud. in. 5. par numero. 5. Thom.  
Marin. de feud. libro. 1. titulo. 2. de feudo ex pacto, & pro  
uidentia antiquo, num. 92. in fin. & Osascus in decisione  
vltima. numer. 20. qui dixit rationem esse, quia vltimus sit  
le feudi possessor, dicitur potius sufficiuarius, quam pro  
prietarius, & prædictos sequuntur sum in consilio. 534. nū.  
9. & 10. libr. 6.

S E C V N D O admissō, quod successiō maioratus  
non deferatur iure sanguinis, sed hæreditario iuxta opini  
onem Oldradi in conf. 94. colum. 3. Alberi. in procēm.  
Digestorum. §. discipuli. col 4. vers. ex prædictis. & alio  
rum multorum, quos congesit Ludouicus Molina in li  
bro. 1. de Hispan. primogen. cap. 8. num. 1. attamen idem  
dicendum est, quod scilicet ab huius maioratus successio  
ne non excludatur don Petrus, patris hæretici, damnati  
filius. Est enim certum, quod ius hæreditarium, quo se  
cundum prædictam opinionem succeditur, non intelli  
gitur de iure hæreditario proprij patris, sed vel primi in  
stitutoris maioratus, vel vltimi possessoris: quemadmo  
dum post prædictos scriptum reliquit Molina in dicto ca  
pite. 8. num. 10. & 12. Porrò si ius hæreditarium primi in  
stitutoris huius maioratus attendimus, certum est, quod  
don

don Petrus ob hæresim paternam ab eo exclusus nō est; cum delictum patris non excludat filium à successione aui, vel alterius antecessoris ita Bart. in. l. eum qui. ff. de interdictis & releg. cùm dixit, ob delictū patris, quo alias filii etiam priuatur feudo paterno, non priuatur à feudo antiquo, auito, vel proauito, & Bart. secuti sunt post alios Decius in cōsil. 445. num. 68. Afflictus in cap. 1. §. præterea si vasallus, num. 15. quæ fuerit prima causa beneficium amittē. Curtius Iunior in tract. feudorum, in. 5. par. num. 13. versic. sextus principalis, Jacobinus in iuuenitura feudali, in verbo. Dicitque vasalli. n. 60. ve sic. aut feudum, & idem in specie tradit Melchior Pelaez in tractat. de maioratu in. 2. part. quæst. 4. in secunda illatione. nu. 2. 3. & 4. & in specie quod filij hæreticorum non excludantur à successionibus auitis, ac aliorum antiquorum, scribunt Zabarella, Abbas, & Imola in cap. excommuni- canus. §. credentes de hæreti Geminia. & Francus in. c. 2. §. hæretici. Iod. tit. Cassaneus in consuetud. Burgund. sub. 3. §. 5. num. 69. Segura in. l. cohæredi. §. cum filiæ. nu. 73. de vulg. & pūp. subst. & hos secutus est Simancas in libro Catholicar. institution. tit. 29. nu. 19 & idem in spe- cie tradit Melchior Pelaez in tractat. de maioratu in. 2. part. quæst. 2. num. 11. qui & ipsum Simancam recenset. & idem Pelaez in quæst. 4. in. 2. illatione. num. 8. Si vero attendimus, & spēctamus ius hæreditarium ex persona vltimi possessoris, qui in casu nostro non fuit pater don Petri, sed don Rodericus, ipius dō Petri agnatus, adhuc idem dicendum est: cùm filius hæretici non priuetur iure, & facultate succendi agnatis, & cognatis, vt præci- tati Dōctores tradunt, & probat. l. cognouimus, authent. idem de Nestorianis, & authentic. Gazaros. C. de hæret. & c. vergētis. de hæreti, ubi filij hæreticorum excluduntur.

K quidem

quidem à successione bonorum patris: nullum autem verbum de successione agnitorum, & cognatorum. Non ergo ab hac excludi dicuntur, cum (vt dixi supra) pœna non sit indicenda, nisi expresso iure cautū reperiatur, vt in specie huius pœnæ priuationis successio nis ob hæresim scripsit Simanc. in comment. Catholic. institut. tit. 29. num. 18. quem sequutus sum in cons. 526. nu. 4. versic. & in crimin. li. 6. & quia inclusio ynius pœnæ, est exclusio alterius, iux. regulam 1. cum prætor.. §. 1. ff. de iudicijs. & cap. non ne. de præsumptio.

Tertio accedit, quod in casu nostro agitur de iure iam quæsito ipsi don Petro, non autem de iure quærendo: atque hæresis patris non priuat filium iure iam ei quæsito. Ergo don Petrus ob paternam hæresim non priuatur iure maioratus iam sibi quæsito. Illa maior propositio probatur auctoritate Præpositi in cap. 1. num. 14. de feud. Marchia, cùm dixit, quod in primogenitura statim quo quis natus est, & quo ad actum facti præoccupauit iura prioritatis: & quo ad actus iuris primogenitura in eo fundata est, licet primogenituræ effectus quo ad bona stet in suspeso. Et Præpositi traditionem sequuti sunt cōmemorati à Tiraquel. in tract. de iure primogen. q. 40. num. 99. Ita dicimus, quod primogenitus, statim quo natus est, habere dicitur ius ex propria sui persona, et si limitatum, hoc est ynus post aliū. Sic sanè respóderūt Castrens. in cons. 164. num. 5. vers. sed nos loquimur. lib. 2. Decius in cons. 498. num. 19. Parisius in cons. 23. numer. 128. libr. 1. & in specie nostra idem tradit Melchior Pelaez in tractat. de maiorat. par. 2. quæst. 4. illation. 2. numer. 6. versiculo his autem. Et hinc sequitur, quod Princeps nō potest tollere ius primogenituræ, et si nondum re ipsa acquisitum: vt in specie scribunt Salomon à Pace in commentarijs ad leges

Taur. num. 27. Ludouicus Molina in libr. i. de Hispanor. primogen. cap. 8. num. 31. & in lib. 3. cap. 3. num. 23. Illa verò minor argumenti propositio, quod scilicet hæresis patris, non priuet filium iure iam sibi quæsito, vel ex eo probatur, quod licet filij & nepotes hæreticorum nō admittantur ad officia, & beneficia ecclesiastica de nouo conferenda, c. vergentis. de hæret. c. quicunq;. §. hæretici. & c. statutum, el. 2. de hæret. in. 6. non tamen priuantur officijs, vel beneficijs, quæ iam obtinebāt, antequam pater, vel auus inciderent in hæresim: ita sanè post alios scribunt Gundisal, de Villadiego, in tractat. de hæretic. quæst. 23. num. 2. Didacus Couarru, in lib. 2. variar. resolut. cap. 8. num. 4. Simancas in commentarijs Cathol. institutio. in tit. 29. num. 20. & Oxeda in tractat. de beneficiorum incompatibilitate cap. 23. num. 100. ita dicimus filios eius, qui læsa maiestatis crimen commisit contra Principem suum, non priuari bonis iam à se quæsitis, hoc est, hæreditate iam sibi delata ante delictum à patre commissum: ita Angelus in. l. quisquis. §. filij, colum. 2. C. ad legem Iuliam maiesta, quem sequutus est Boerius in. q. 7. num. 6.

Quarto suffragatur, quod hic Maioratus ad Don Petrum peruenit ex contractu, ut in facto mihi præsupponitur. Atqui filius damnati de hæresi, et si admitteremus excludi ab omni successione, non tamen excluditur ab acquisitione proueniente ex contractu. Ergo Don Petrus admitti debet ad hunc Maioratum. Illa minor propositio probatur auctoritate Parisij in cons. 69. nu. 171. lib. 3. dū respondit, matrē posse donare filio damnati crimine læsa maiestatis, & Parisium secuti sunt M. Antonius Peruginus in tract. de iure fisci, lib. 3. tit. 9. nu. 11. & Decianus in tract. crimin. lib. 7. c. 41. nu. 21.

Quinto & ultimò, vel ea ratione, & solido argumen-  
to ad huius Maioratus successionem admitti debet don  
Petrus: nam is conceptus, & natus est antequā pater hoc  
hæresis crimen cōmitteret. Atqui conceptus & natus an-  
te delictum hæresis a patre commissum, non priuatur (in  
Regno præsertim Hispaniarū) successione Maioratus.  
Ergo Don Petrus admitti ad hūc Maioratum debet. Illa  
minor propositio probatur in specie auctoritate Mel-  
chioris Pelaez in tractat. de maioratu, in. 2. par. q. 4. illa-  
tione. 2. nu. 6. & Didaci Burgensis Salon de Pace, in. 1. p.  
quæstionum ciuilium. q. 3. nu. 69. qui eiusdem opinionis  
recensent alios quām plures, & inter alios Tiraq. Ioann.  
Lupum, Didacum Couarr. Gregorium Lopez, Simancā,  
& Molinā, & scribūt prædicti extare legem ipsius Regni  
Hispaniarum in. l. 6. tit. 27. p. 2. in versic. Pero esto no se en-  
tiende, &c. & aliam legem clariorem in. l. 3. tit. 9. libr. 4.  
Hanc quoque probauit Julius Clar. in practic. crimin. §.  
hæresis, versic. quæro nunc, qui eiusdem opinionis refert  
Galindum in regia disputatione q. 18. ¶ Nec repugnat  
quod ego ipse post alios scripsi in commentarijs de præ-  
sumptionibus, lib. 5. præsumpt. 33. numer. 17. filios natos  
antequā pater habitus fuisset hæreticus, priuari bonis  
paternis, Nō inquam hoc obstat, cū mid sit respectu bo-  
norum prouenientium a patre: secus vèrò est in successio-  
ne Maioratus, quæ non prouenit à persona patris: sed est  
ius iam quæcum ipso filio ex dispositione eius, qui Maio-  
ratum constituit: quæmadmodum diximus supra. Et pīæ  
tere à quæ scripsi in dicta præsumpt. 33. nu. 17. sunt iuxta  
iuris communis dispositionem, quæ est satis cōtrouersa:  
sicut illo in loco dixi. Porro casus iste noster est secundū  
ius Hispánicum, quo præsupponitur à prædictis doctissi-  
mis scriptoribus Hispánis esse sic decísum:

Non

NON obstant nunc adducta in contrarium. Nam ad prium respondetur, negando minorē illam propositiō nem argumenti, quod d̄ scilicet filij cōmittentium crimen lex maiestatis humanæ, privētur omni successionis cōmodo: siquidem priuantur solummodo successione paterna: non autem illa quæ est sibi acquisita ex propria sui persona, ut supra demonstrauimus.

NON obstat secundum argumentum, quia ex diis suprà apparet responsum: & hoc etiā casu cessat id quod scripsi in commentarijs de præsumptionibus, libr. 5. præsumpti. 33. num. 17. etiam filios hæreticorum natos ante delictum à patre perpetratum, excludi à successione honorū patris. Hæc sane traditio cessat, cùm in casu nostro non agatur de successione patris: sed illius antiqui acquisitoris huius Maioratus, vel ultimi possessoris, ut supra demonstrauimus.

NON obstat tertium argumentum, quia respondeatur, primò iure cautum non reperiri, quod sciā, filios damnati de hæresi esse infames infamia iuris. Nā textus cap. 2. & in c. statutum. de hæret. in. 6. loquuntur de infamia iuris. Quæ quidem infamia iuris excludit a dignitatibus: non autem infamia facti. Hinc videmus, quod i hæretico rum filij non priuantur nobilitate familiae, ut in specie tradidit Simancas in cōment. Catholic. institut. in tit. 29. nu. 18. Qua quidem nobilitate priuarentur, si essent infames: cùm nobilitas infamiam non admittat, ut post a iōs scribit Tiraq. in tract. de nobilitate. c. 24. nu. 1. & 2. qui Bart. Bal. & alios plures recenset.

Respondetur secundo, quod etiam si concederemus, filios hæreticorum esse infames: attamen non prohibentur succedere in Maioratu, sicuti in specie scribit Ludouicus Molina in lib. 1. de Hispanor. primog. c. 13. num. 13.

& in lib. 4. cap. 11. num. 51. vñ sic. quāmuis. Ea ratione mo-  
tus est Molina, quia infamis non excluditur à dignitate  
illa, quæ venit in consequentiam successionis. Nam infamis  
capax ipsius successionis, est etiam capax dignitatis  
annexæ successioni: sicuti docuit Baldus in. l. 1. nu. 1. C.  
de secund. nupt. cùm dixit, quòd licet mulier, quæ nupsit  
intra annum luctus, sit infamis, & ob id non possit obtine-  
re dignitatem aliquam principaliter, ut putat Comitatū:  
attamen illum consequi potest, quando ille est annexus  
successioni, ex quo venit in consequentiam, & Baldum  
secuti sunt Alex. ibidem in additionibus ad ipsum Bal. &  
ibi quoq; Iohan. de Garronibus. nu. 22. & Tiraq. in tract. de  
nobilitate, c. 24. nu. 6. Cōprobatur traditio hæc ex eo, qđ  
dicimus, quòd licet mulier non possit exercere iurisdi-  
ctionem. l. 2. ff. de reg. iuris. & ibidem annotarunt Decius  
nu. 3. & Cagnol. nu. 4. Attamen potest quando iure hære-  
ditario sibi competet, vt est quando succedit in feudo  
habente iurisdictionē. ita Decius, & Cagnolus qui supra,  
Ruynus in consil. 3. num. 5. in consil. 40. num. 6. & in. 99.  
num. 8. lib. 1. Parisius in consil. 3. num. 12. lib. 1. & Vantius  
in tractat. de nullitate, in tit. de nullitate sentent. ex de-  
fectu iurisdictionis delegatae. num. 73. Nec repugnat con-  
sideratio Didaci Burgensis Salō de Pace in questionibus  
ciuilibus, quæst. 3. num. 64. cùm aduersus Molinam di-  
xit, imo hæretici filium non admitti ad successionē Ma-  
ioratus, et si sit dignitas, quæ venit in consequentiam suc-  
cessionis: quia (inquit Didacus) quando in vna eadem  
quæ persona concurrunt duæ regulæ, vna permissiva, &  
altera prohibitiua, præualet illa prohibitiua. l. si Rufi-  
nus. C. de testament. milit. & tradunt ibidem Iason. nu-  
mer. 2. & alij, quos retulii in commentarijs de præsump-  
tionibus, lib. 3. præsumpt. 29. num. 56. & rursus subiun-  
git

git Didacus. num. 66. ) quando concurrunt duæ causæ,  
 vna quæ prodest, altera verò quæ nocet, præfertur illa  
 quæ nocet, vt scribūt Bar. in. l. 3. §. vlii in. ff. ad S. C. Sylla.  
 & alij multi, quos concessi in dicta præsumpt. 29. nu. 56.  
 Cùm ergo (inquit Didacus) in casu nostro concurrat du-  
 ples regula, vna permisiva, hoc est, quod infamis sit ca-  
 pax successionis, altera prohibitiua, nempe, quod sit in-  
 capax dignitatis, seu iurisdictionis, præferri & attendi  
 debet regula prohibitiua & nociva, hoc est, quod succe-  
 deret non possit in re, quæ habet annexam dignitatē, seu  
 iurisdictionem. ¶ Huic considerationi respondet, quod  
 tunc deum regula, seu causa prohibitiua, & quæ nocet,  
 prævaleret permisiva, & illi quæ prodest, nisi ipsa permis-  
 siva, & quæ prodest, sit fauorabilis, illa verò quæ prohibet  
 sit odiosa. Ita egregie declarat Ancharranus in cons. 37.  
 nu. 2. versic. videndum est, quem secutus est Tiraquel. de  
 retratu consang. §. 30. glo. 1. num. 31. qui post Alciatum  
 in. l. 2. in princip. num. 42. de verbis. obligat. & in tracta.  
 de præsumptionibus, regul. 1. præsumpt. 30. nu. 6. dixit,  
 causam permisivam, & illam quæ prodest, benigniorem  
 altera prohibitiua, præferri. Porro regula, seu causa per-  
 missiva admissionis huius filij, est fauorabilis, & benig-  
 nior: illa verò prohibitiua est odiosa, cùm alioqui ferre di-  
 catur pœnam quandam ob patris delictum: id quod odio  
 sum est, vt scribunt post alios Decius in. l. extra territo-  
 riū. num. 5. ff. de iurisdictione omn. iud. & in. l. filius. num. 1.  
 Et de pænis, Boerius in quest. 127. num. 1. & Alciatus in  
 tractat. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 40. numer. 4. Et  
 quod admittatur hic filius ad successionem Maioratus,  
 benignum, & æquitati consentaneum esse existimo.  
 1. Nil etiam urget traditio Bald. in. l. 1. §. interdum. ff.  
 de legit. tutor. quam aduersus Molinā perpedit Didac⁹  
 1700

ille Burgēs in dict. q. 3. nū. 67. versi. quin & contra. Quærit Baldus, an minor promoueri posse ad Doctoratum? Et dicendum videbatur, promoueri non posse: quia Doctor habet iuri dictionem inter scholares, authē. habitas C. ne filius pro patre. Sed minor iudex esse non potest. Ergo minor non potest ad Doctoratum promoueri. Verū tamen decidit Baldus cōtrarium, ea ratione, quia munus iudicādi est quid separatum à dignitate Doctorali, ob id non impeditur vñ propter aliud. Sensit ergo (inquit Didacus) Baldus, quod si munus iudicandi esset inseparabile à dignitate Doctorali, minor non posset ad Doctoratum promoueri. Et tamen certum est, quod munus iudicandi venit in consequentiā Doctoratus. Itaque nil refert (subiungit Didacus) quod dignitas veniat p̄incipaliuer, vel in consequentiā successionis, non tamen poterit infamis eam obtinere.

H V I C considerationi respondet, minorem. 25.  
annis promoueri posse ad Doctoratum: cū nulla exier  
iuris prohibitio, vt scribūt Cardinalis Zabarella in proce  
mio Clement. in fine principij, Bart. Bald. & Alberic. in. l.  
a. §. initium. ff. de postula. Bologninus in authent. habita  
num. 135. C. ne filius pro patre, & Petrus Lesavand. in tra  
ctat. de Doctoribus. q. 15. Nec promotioni ad Doctora  
tum pr̄estat aliquid impedimentum iudicandi munus in  
ter scholares, dicta authen. habita. cū illud munus non  
sit tributum cuilibet Doctori, sed interpreti, & actu (vt  
nostrī loquuntur) legenti: vt habetur in dicta authen. ha  
bita, & ibidem annotauit Bologninus, num. 57. & nū. 207.  
& dum Princeps Doctorem ad legendi facultatē promo  
net, cum eo dispensare (si æxate minorem eum esse nouit)  
dicitur, vt inter suos scholares ius dicere possit, iuxta. L  
quidam consulebat. ff. de re iudic. & latissimè differui in  
comi

commentarijs de præsumptionibus, libr. 2. præsumpt.  
 20. Non ergo verum est, quod dixit Didacus ille Burgen  
 sis, iudicandi munus venire in consequentiam Doctora-  
 tus: sed dicitur concessum interpreti & docenti, quem ha-  
 bilem, & idoneum ad iudicandum declarauit ipse Prin-  
 ceps, qui eum ad lecturam promovit. ¶ Præterea, admis-  
 sa traditione Baldi sic perpensa à Didaco, dicendum est,  
 illam repugnare eidem Baldo apertius loquenti in d. 1.1.  
 num. . . C. de secund. nupt. quem dixi probasse Alexand-  
 rum, Garionū, & Tiraquellū. ¶ Non etiam obstat, quod  
 Ludouicus Molina in d. lib. 4. de Hispanor. primogen. c.  
 11. num. 54. relatus a præxitato Didaco Burgen. indicet q.  
 3. numero. 67 in fin. dixit, durum sibi videri, quod filius  
 hæretici, qui non potest officium publicum exercere, pos-  
 sit Ducatum, vel Marchionatum, vel vasallos & iurisdic-  
 tionem ex successione obtinere. Respondeatur, durum  
 hoc minimè esse, cum aliud sit, quod filius hæretici non  
 possit exercere officium publicum, quod à populo, vel à  
 Principe conceditur: aliud vero, quod obtinere possit iu-  
 risdictionem, sibi delatam vna cum hæreditate. Nā Prin-  
 ceps tollere potest, quod suum est, nem pè facultatē exer-  
 cendi officia, quæ ipse cōfert. Non autem auferre potest  
 quod est alterius, nem pè hæreditatem, & successionē, ut  
 scribunt omnes in. I si testamentum. C. de testam.

NON obstat vlium argumentum, quia responde-  
 tur, vt dicebat doctissimus D. Regens Brugnolius, id à Iu-  
 lio. II. fuisse factum in odiū certe personæ, nem pè illius  
 Regis, & ob id non esse legem generalem, quæ debeat ob-  
 seruari quod ad alios omnes. §. sed & quod Principi, versic:  
 planè instit. de iure natura, gēt. & civili. ubi Angelus Are-  
 tinus, & reliqui. Præterea (vt reſtē quoq; dicet atidem D.  
 Brugnolius ex sententia Ludouici Molinæ in tractat. de



Hispanorum primogen. lib. 4. cap. 1. num. 37. ) respon-  
detur, diuersam esse rationem inter Regnū. & Maioratu.  
Nam in Regnis ob periculum damni totius Regni, imo  
& totius Christianæ Religionis, iure potest Summus Pon-  
tifex Regno priuare, non modò Regem ipsum hæreticū,  
sed etiam omnes eius descendentes. Non ita est in Ma-  
ioratu, et si est de aliquo Castro, oppido, vel Comitatu.  
Nō enim versatur hic aliquid periculū, ex quo ei præst  
Supremus Princeps Catholicus, vt est nostro in casu. Cō-  
kludo itaque prædictum D. Don Petrum admitti debera  
ad huius Maioratus successionem.

*Jacobus Menochius Iurisconsultus Papiensis,  
ac Regius, Ducalisque Senator Mediolanē  
sis interrogatus respondi, & pro more sub-  
signari, ad Summi Dei laudem.*

